

8/I
1499. Primi Januarii Ex Ms. Capituli Warmiensi

805.

Joannes Albertus DEI Gratia Rex Poloniae Supremus
Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Dominus et Heres.

180

Reverendo in Christo Pater sincere nobis dilecte. Intimavis Vra
Pli per Generosum Andream de Borzyschowo Castellatum Ge-
dancem necessitatem Regno et Dominis nostris imo toti Christia-
nitati imminuentem propter quam institimus Conventum Genera-
lem in Piotrkow pro Dominica reminiscere proxime venitura, cele-
brandum, ad quam omnes Principes, Praelatos et generaliter singu-
los Consiliarios nostros duximus convocandos et super necessitate pra-
missa ita unanimiter, sicut omnes contingit consulemus, idcirco Vram
Ptem hortamur quatenus et Reipublicae intuitu, et pro debito suo im-
primis operari velis, ut pro feria sexta post nunc instantem diem Ci-
nerum proxima, cum aliis Consiliariis tam terrestribus quam civita-
tenibus Terrarum nostrarum Prussiae in Ellariburg conveniat,
ibi Nuntium nostrum in medio vestri mittemus, ibique electio de me-
dio Nuntius cum plena omni facultate ipsa sola Vra etas per-
sonaliter cum Nuntio eidem ad conventionem praefatam Piotr-
koviam veniat super necessitate praemissa consulturum prout
Ptem Vram id facturam non dubitamus. Datum Cracoviae
Feria Tertia infra Octavas Epiphaniae Domini, Anno
ejusdem Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Nono
Regni vero Nostri Anno Septimo

24/2

Commissio propria
Regiae Maiestatis.

Reverendo in Christo Patri
Domino Luce Episcopo
Warmiensi sincere nobis dilecto

Gedana Prussia

